

Interrogatoire de l'inquisiteur Baudoin de Montfort (1250-1267)

Ms 160 Bibl. Mun. Clermont-Ferrand.

Célestin Douais, Document pour servir à l'histoire de l'inquisition dans le Languedoc, Librairie Renouard, Paris, 1900, pp. 244-301.

Travail de traduction réalisé par Ruben Sartori avec l'aide de Pierre Cortinas.

G. Cabana, de Lioco

Anno Domini M° CC° XL° IX°, II° ydus marcii. Guillelmus Cabana, de Lioco, testis iuratus super IIII° Dei Evangelia quod super facto heresis vel Valdesie tam de se quam de omnibus allis, vivis et mortuis, puram, meram ac plenam diceret veritatem, dixit quod in domo Raymundi Egidii apud Liocum primo vidit Bernardum Egidii hereticum, fratrem dicti R. Egidii. Et dictus R. Egidii venit ad dictum testem et adduxit eum ad domum suam ubi erat dictus Bernardus frater suus, hereticus ; et dixit ipsi testi idem hereticus si volebat intrare ordinem hereticorum ; et idem testis respondit ei quod potius¹ vellet quod ipse et cives alli essent suspensi. De tempore, dixit quod tempore comitis Montis Fortis, quando erat in recessu. Et dum idem testis exiret de domo, obviavit Raymundo Amelii, eisdem castris, qui ibat ad eundem hereticum ; et vidit ipsum intransit in domo ubi erat hereticus antedictus ; et vidit similiter Esclarmundam, uxorem quondam Guillelmi de Lioco, intransit domum antedictam. De tempore, idem quod supra.

Item, eodem tempore vidit duos Valdenses commorantes in domo Guillelmi Martini, de Lioco. Item, vidit in capella dicti castris quod heretici, quorum nomina ignorat, predicabant in eadem. Et erant ibi Bernardus Rogerii, dicti castris, Petrus Adalberti, Arnaldus Guillelmi, de Lioco. De tempore, idem ut supra.

Requisitus si abjuravit heresim et valdesiam apud Caunas, dixit quod sic ; et omnia supradicta fuit [confessus] coram inquisitoribus heretice pravitatis nec postea fuit relaxatus.

Hec omnia fuit confessus Guillelmus Cabana antedictus coram domino episcopo, anno et die quo supra, magistro Berengario de Palma presente et me Radulfo, clerico, qui hoc scripsi de mandato domini episcopi.

G. de Liqueraco, de Lioco

Anno quo supra, II ydus marcii. Guillelmus de Liqueraco, de Lioco, non citatus, testis iuratus, super IIII sancta Dei Evangelia quod super facto heresis et Valdesie, tam de se quam de aliis, vivis et mortuis, puram, meram ac plenam diceret veritatem, dixit quod R. Egidii, de Lioco, venit ad domum dicti testis, et dixit ei quod iret ad domum suam secum ; et ivit. Et quando fuerunt ibi, dictus testis invenit ibi duos hereticos quorum nomina, ut ipse dicit, ignorat ; et vidit ibi cum eis in quadam paillerio Alazaidim, uxorem Iacobi Boerii, de Lioco, et Virgiliam, uxorem R. Egidii, et ipsamet R. Egidii, et duos filios parvulinos dicti R. Egidii, quorum unus vocatur Bernardus, et Guillelma. Et quam cito vidit eos, tam cito recessit ;

¹Corr. paucius.

Guillaume Cabanne, de Leuc

En l'an du Seigneur 1249, le 2 des ides de mars¹. Guillaume Cabanne, de Leuc², témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdésisme, tant sur lui que sur tous les autres, vivants ou morts, a dit que : Dans la maison de Raymond Gilles à Leuc, il vit d'abord Bernard Gilles, hérétique, frère dudit Raymond Gilles. Ledit Raymond Gilles vint auprès du témoin et le conduisit à sa maison où était ledit Bernard Gilles, son frère, hérétique. Ce même hérétique dit au témoin s'il voulait entrer dans l'ordre des hérétiques, et le témoin lui répondit qu'il le voulait très peu parce que lui-même et les autres habitants seraient pendus. Sur l'époque, il a dit que c'était à l'époque de la mort du comte Montfort³. Et quand le témoin sortit de la maison, il rencontra Raymond Amiel, du même castrum, qui allait auprès du même hérétique ; et il le vit entrer dans la maison où était l'hérétique susnommé. Il vit également Esclarmonde, jadis épouse de Guillaume de Leuc, qui entra dans la maison susdite. Sur l'époque, la même qu'au-dessus⁴. De même, à la même époque, il vit deux vaudois séjourner dans la maison de Guillaume Marty, de Leuc.

De même, il vit que des hérétiques, dont il ignore les noms, prêchaient dans la chapelle du castrum. Étaient là : Bernard Roger, dudit castrum, Pierre Adalbert et Arnaud Guillaume, de Leuc. Sur l'époque, la même qu'au-dessus⁵.

Requis de dire s'il abjura l'hérésie et le valdésisme à Caunes⁶, il a dit que oui ; et tous les faits susdits il les confessa devant les inquisiteurs de la perversion hérétique, et ensuite il ne fut pas relâché.

Guillaume Cabanne a confessé tout cela devant le seigneur évêque⁷, ce même jour, en présence de maître Bérenger de la Palme⁸, et moi Radulphe, clerc, je l'ai écrit sur l'ordre du seigneur évêque.

Guillaume de Licayrac, de Leuc

La même année, le 2 des ides de mars⁹. Guillaume de Licayrac, de Leuc, non cité, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdésisme, tant sur lui que sur les autres, vivants ou morts, dit que : Raymond Gilles, de Leuc, vint à la maison du témoin, et il lui dit d'aller à sa maison avec lui, et il y alla. Quand ils y furent, le témoin y trouva deux hérétiques, dont il ignore les noms, à ce qu'il dit. Il y vit avec eux, dans un pailler, Alazaïs, épouse de Jacques Boyer, de Leuc, et Virgilia, épouse de Raymond Gilles ainsi que Raymond Gilles, et deux enfants de ce Raymond Gilles dont l'un s'appelle Bernard et l'autre Guillemette, et dès qu'il les vit, il partit aussitôt.

¹ 14 mars 1250.

² Commune de l'Aude.

³ Simon de Montfort trouva la mort devant les murs de Toulouse le 25 juin 1218. L'événement doit donc se situer en 1218.

⁴ Vers 1218.

⁵ Vers 1218.

⁶ Un acte d'Innocent IV, daté du 4 février 1248, nous apprend que "*des fils de Belial*" avait intercepté et assassiné à Caunes, un clerc et son adjoint de l'office de l'inquisition qui transportait les dépositions. Les livres furent brûlés sur place. C'est pourquoi l'inquisition dut refaire ses auditions, ce document en est le témoin.

⁷ Guillaume-Arnaud, évêque de Carcassonne de 1248 à 1255.

⁸ Commune de l'Aude.

⁹ 14 mars 1250.

et non locutus fuit cum eisdem ; et postea non vidit eos. De tempore, dixit a IIII annis citra et dimidio. Requisitus utrum abjuravit heresim et valdesiam, respondit quod sic, apud Caunas, coram fratribus inquisitoribus ; et postea post abiuracionem factam vidit et audivit predicta. Et interrogatus super aliis, dixit se nichil aliud scire.

G. Boyer, de Lioco

Anno quo supra, II ydus marcii. Guillelmus Boyer, de Lioco, non citatus, testis juratus super IIII° sancta Dei Evangelia, quod super facto heresis et Valdesie, tam de se quam de aliis omnibus, vivis et mortuis, diceret veritatem, dixit quod Raymundus Egidii venit ad ipsum testem, et dixit ei quod iret ad domum suam, quia duo homines erant ibi qui erant parentes uxoris et volebant loqui cum eo ; et dictus testis ivit ad domum predicti R. Egidii et intravit domum antedictam et invenit ibi duos hereticos, quorum nomina ignorat, ut ipse dicit. Tamen dixit sibi dictus R. Egidii quod unus illorum vocabatur Arnaldus de Caneto, qui fuit de Pomariis; et salutaverunt ipsum, et dixerunt eidem testi quod faceret eis bonum, quoniam uxor dicti testis erat consanguinea dictorum hereticorum, ut ipsi dicebant ; et dictus testis respondit quod non daret eis aliquid. Interrogatus quis erat cum eis, dixit quod uxor R. Egidii tantum. De tempore requisitus, dixit quod a IIII° annis citra. Item, interrogatus si abjuravit heresim et valdesiam, respondit quod sic, apud Caunas, coram fratribus inquisitoribus ; et post illam abiuracionem vidit omnia supradicta. Et interrogatus super aliis, dixit se nichil scire.

Jordanna Morella, de Lioco

Anno que supra, ydibus marcii, Jordana Morella de Lioco, non citata, testis jurata quod super facto heresis vel Valdesie, tam de se quam de omnibus aliis, vivis ac mortuis, plenam, puram ac meram diceret veritatem, dixit quod a XXX° annis citra, postquam rex francie fuit apud avinionem, non vidit hereticos vel valdenses ; et super hoc quod ante viderat fuit confessa fratribus inquisitoribus apud caunas et penitentiam recepit ab ipsis ; et abjuravit heresim coram ipsis.

Il ne parla pas avec eux et il ne les revit plus par la suite. Sur l'époque, il a dit que c'était il y a quatre ans et demi environ¹. Requis de dire s'il avait déjà abjurer l'hérésie ou le valdéisme, il répondit que oui, à Caunes, devant les frères inquisiteurs, et après son abjuration, il vit et entendit les faits susdits. Interrogé sur d'autres faits, il a dit qu'il ne sait rien d'autre.

Guillaume Boyer, de Leuc.

La même année, le 2 des ides de mars². Guillaume Boyer, de Leuc, non cité, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdéisme, tant sur lui que sur tous les autres, vivants ou morts, a dit que : Raymond Gilles vint auprès du témoin et lui dit d'aller à sa maison parce que deux hommes y étaient, qui étaient de la famille de son épouse et qu'ils voulaient parler avec lui. Le témoin alla à la maison du susdit Raymond Gilles, entra dans la susdite maison et y trouva deux hérétiques, dont il ignore les noms, à ce qu'il dit. Cependant, ledit Raymond Gilles lui dit que l'un de ces hommes s'appelait Arnaud du Canet³, qui était de Pomas⁴. Les hérétiques saluèrent le témoin et ils dirent au témoin de leur faire du bien parce que l'épouse dudit témoin était de la famille desdits hérétiques, à ce qu'ils disaient ; et le témoin répondit qu'il ne leur donnerait rien. Interrogé sur les personnes qui étaient avec lui, il a dit qu'il y avait seulement l'épouse de Raymond Gilles. Requis de dire l'époque, il a dit qu'il y avait quatre ans environ⁵. De même, interrogé s'il abjura l'hérésie et le valdéisme, il a répondu que oui, à Caunes, devant les frères inquisiteurs, et après cette abjuration il vit toutes les choses susdites. Interrogé sur d'autres faits, il a dit qu'il ne savait rien.

Jourdane Morel, de Leuc.

La même année, le jour des ides de mars⁶, Jourdane Morel, de Leuc, non citée, témoin ayant juré de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdéisme, tant sur elle que sur tous les autres, vivants ou morts, a dit qu'il y a trente ans environ⁷, après que le roi de France fut à Avignon⁸, elle ne vit plus d'hérétiques ou de vaudois. Et sur ce qu'elle avait vu auparavant, elle l'a confessé aux frères inquisiteurs à Caunes. Elle reçut d'eux une pénitence et abjura l'hérésie devant eux.

¹ Entre 1245 et 1246.

² 14 mars 1250.

³ Commune de l'Aude.

⁴ Commune de l'Aude.

⁵ Vers 1246.

⁶ 15 mars 1250.

⁷ Vers 1220.

⁸ L'armée croisée menée par Louis VIII assiégea Avignon durant l'été 1226.

Lombarda, de Lioco

Anno que supra, ydibus marcii, Lombarda, uxor Guillelmi Adalberti, de Lioco, non citata, testis jurata super III^o sancta dei Evangelia quod super facto heresis et Valdesie, tam de se quam de omnibus aliis, vivis et mortuis, puram, meram ac plenam diceret veritatem, dixit quod Raymundus Egidii venit ad domum suam et duxit ipsam ad domum ipsius R. Egidii, ubi erat Bernardus Egidii, frater dicti R. hereticus, et quidam alius hereticus cuius nomen ignorat ; et dictus Bernardus reprehendit dictam testem, quia ad ipsum sine aliquo nuncio non venerat. Interrogata si audivit predicationem ipsorum, vel eos adoravit, vel aliud bonum eis fecerit, vel ab ipsis aliquid receperit, respondit quod non. De tempore requisita, dixit quod XVII anni possunt esse. De circumstantibus, dixit quod ipsa testis, et R. Egidii, et Virgilia, uxor dicti R. Egidii, et Guillelmus Reg, qui mortuus est. Super aliis diligencius requisita, dixit se nichil aliud scire. Interrogata si abjuravit heresim et valdesiam, dixit quod sic, apud Caunas, coram fratribus inquisitoribus; et super premissis, dictis inquisitoribus celavit veritatem. Dixit tamen quod capellano suo fuit confessa.

Alasaydis, uxor Arnaldi Raymundi, de Lioco.

Anno quo supra, ydibus marcii. Alasaydis, uxor Arnaldi Raymundi, de Lioco, non citata, testis jurata super III^o sancta Dei Evangelia quod super facto heresis vel Valdesie, tam de se quam de omnibus aliis, vivis ac mortuis, puram, plenam ac meram diceret veritatem, dixit quod, quadam vice, cum domina Escalarmunda, de Lioco, ivit ad domum R. Egidii, de Lioco ; et intraverunt domum illam et invenerunt duos hereticos, quorum unus vocabatur Bernardus Egidii ; nomen alterius ignorat. Interrogata si audivit predicationem eorum, vel creditur secte eorum, dixit quod non ; set statim recessit cum domina sua antedicta. Et cum dicta testis exiret, vidit intrantem Bernardum Rogerii ; nesciebat tamen qua de causa intravit. Interrogata de circumstantibus, respondit quod ipsa testis, et domina sua Escalarmunda, R. Egidii et Virgilia, uxor sua ; super aliis circumstantibus diligenter interrogata, dixit se nichil aliud scire ; nec postea vidit hereticos vel valdenses. Item, interrogata si abjuravit heresim vel valdesiam, dixit quod sic, apud Limosum, coram fratre Ferrario ; et confessa fuit eidem super premissis, et recepit penitentiam ab ipso. Item, requisita de tempore quando vidit predicta, dixit XVI anni et amplius possunt esse.

Anno Domini M^o CC^o LIII^o, kalendis madii. Dicta Aladaisis reddiit et adjecit citata infra scripta, dicens quod quando vidit predictos hereticos in domo R. Egidii predicti, erant cum predictis hereticis Escalarmunda, uxor quondam Guillelmi de Leuco, Ar. de Podio, et Bernardus Rogerii, et Raymundus Geli, et Vergelia, uxor ejus ;

Lombarde, de Leuc

La même année, le jour des ides de mars¹, Lombarde, épouse de Guillaume Adalbert, de Leuc, non citée, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdéisme, tant sur elle que sur tous les autres, vivants ou morts, a dit que : Raymond Gilles vint à sa maison et la conduisit à la maison de ce Raymond Gilles où était Bernard Gilles, hérétique, frère dudit Raymond Gilles, et un autre hérétique dont elle ignore le nom. Ledit Bernard reprocha au témoin qu'elle n'était pas venue auprès de lui sans le lui avoir annoncé.

Interrogée si elle entendit leur prédication ou si elle les adora ou si elle leur fit un bien quelconque ou si elle reçut d'eux quelque chose, elle a dit que non. Requis de dire l'époque, elle a dit qu'il peut y avoir dix-sept ans². Sur les personnes présentes, elle a dit qu'il y avait avec elle : Raymond Gilles, Virgilia l'épouse dudit Raymond Gilles, et Guillaume Rey, qui est mort. Scrupuleusement requis de dire d'autres faits, elle a dit qu'elle ne savait rien d'autre. Interrogée si elle abjura l'hérésie et le valdéisme, elle a dit que oui, à Caunes, devant les frères inquisiteurs ; et sur le fait susdit elle dissimula la vérité auxdits inquisiteurs. Cependant elle a dit quelle s'en était confessée à son chapelain.

Alazaïs, épouse d'Arnaud Raimond, de Leuc

La même année, le jour des ides de mars³, Alazaïs, épouse d'Arnaud Raimond, de Leuc, non citée, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdéisme, tant sur elle que sur tous les autres, vivants ou morts, a dit que : Une fois elle alla avec Dame Esclarmonde, de Leuc, à la maison de Raymond Gilles, de Leuc ; elles entrèrent dans cette maison et trouvèrent deux hérétiques, dont un s'appelait Bernard Gilles mais elle ignore le nom de l'autre.

Interrogée si elle entendit leur prédication ou si elle crut en leur secte, elle a dit que non, mais elle partit aussitôt avec sa Dame Esclarmonde. Quand elle sortit, elle vit Bernard Roger entrer, cependant elle ne sait pas pour quelle raison il entra.

Interrogée sur les personnes présentes, elle a répondu : Le témoin, sa dame Esclarmonde, Raymond Gilles et Virgilia, son épouse.

Scrupuleusement interrogée s'il y avait d'autres personnes présentes, elle a dit qu'elle ne savait rien d'autre. Par la suite, elle ne vit plus d'hérétiques ni de vaudois.

De même, interrogée si elle abjura l'hérésie ou le valdéisme, elle a dit que oui, à Limoux, devant frère Ferrer, et elle lui confessa le fait ci-dessus et en reçut pénitence de lui.

De même, requis de dire l'époque du fait susdit, elle a dit qu'il peut y avoir seize ans et plus⁴.

En l'an du Seigneur 1254, le jour des calendes de mai⁵. Ladite Alazaïs est revenu, citée, et a ajouté ce qui suit, disant que : Quand elle vit les susdits hérétiques dans la maison du susdit Raymond Gilles, se trouvaient avec les susdits hérétiques : Esclarmonde, épouse jadis de Guillaume de Leuc, Arnaud Delpech, Bernard Roger, Raymond Gilles, et Virgilia son épouse.

¹ 15 mars 1250.

² Vers 1233.

³ 15 mars 1250.

⁴ Vers 1234, ce même fait est situé plus bas en 1239.

⁵ 1^{er} mai 1254.

et ibi ipsa testis et omnes alii predicti adoraverunt dictos hereticos ter flexis genibus ante ipsos, et in qualibet genuflectione dicebat quilibet per se ; Benedicite ; et heretici respondebant in qualibet benedictione : Deus vos benedicat ; et addebant post ultimum Benedicite : Domini, rogate Deum pro ista peccatore, quod faciat me bonam christianam et ducat me ad bonum finem. Et heretici respondebant : « Deus sit rogatus quod faciat vos bonam christianam et perducatur vos ad bonum finem », et hoc facto, ipsa testis et Esclarmunda predicta exiverunt inde ; et heretici remanserunt in domo predicta. De tempore, circa XV annos.

Hec deposuit coram domino episcopo Carcassone apud Villalerium. Testes Guillelmus Ponci et Bonus Mancipus, notarius, qui hec scripsit.

Guillelmus de Cornizano Carcassonensis

Anno quo supra, XVII kal. aprilis. Guillelmus de Cornizano de Carcassona, citatus, testis juratus super IIII^o sancta Dei Evangelia quod super facto heresis et Valdesie, tam de se quam de omnibus aliis, vivis ac mortuis, puram, plenam ac meram diceret veritatem, dixit quod postquam rex Francie fuit dominus istius terre non vidit hereticos vel Valdenses. Interrogatus si abjuraverat heresim et valdesiam, dixit quod sic, in manu capellani Sancti Michaelis, qui nunc est. Super premissis, tam de se quam de aliis dixit se nichil scire.

Arnaldus Pagesii, de Cornizano

Anno quo supra, XVII kal. aprilis. Arnaldus Pagesii, de Cornizano, citatus, testis juratus super IIII^o sancta Dei Evangelia, ut supra de aliis. Respondit super premissis se penitus nichil scire. Hec deposuit coram domino episcopo, testibus domino G. de Aqua Viva et G. Folquini.

Na Fais, de Cornezano

Ista est intrusa

Anno et die quo supra. Na Fais, de Cornezano, citata, testis jurata, dixit quod, cum quadam die iret apud Cofolentum cum Petro de Cornezano, idem Petrus cepit requirere ab ea si numquam vidisset aliquos de his quos vocabant bonos homines, et dicta testis respondit quod non ; et tunc dictus P. tantum castigavit ei quod duxit eam ad domum Petri Adalberti, de Cofolento, ad videndum duos hereticos quorum nomina ignorat.

Là, le témoin et tous les autres susdits, adorèrent ces hérétiques trois fois, genoux fléchis devant eux, et à chacune de ces genuflections chacun disait pour soi "Bénissez", et les hérétiques répondaient à chacun de ces "Bénissez" : "Dieu vous bénisse", et ils ajoutaient après le dernier "Bénissez" : "Seigneurs, priez Dieu pour cette pécheresse, qu'il me fasse bonne chrétienne et qu'il me conduise à bonne fin". Les hérétiques répondaient : « *Dieu soit prié qu'il vous fasse bonne chrétienne et qu'il vous conduise à bonne fin* ». Cela fait, le témoin et la susdite Esclarmonde sortirent de là et les hérétiques restèrent dans la maison susdite. Il y a quinze ans environ¹.

Elle a déposé cela devant le seigneur évêque de Carcassonne à Villalier². Témoins : Guillaume Ponce et Bon Mancip, notaire, qui écrivit cela.

Guillaume de Cornèze, de Carcassonne

La même année, le 17 des calendes d'avril³, Guillaume de Cornèze, de Carcassonne, cité, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdésisme, tant sur lui que sur tous les autres, vivants ou morts, a dit que : Après que le roi de France fut le seigneur de ce pays⁴, il ne vit plus d'hérétiques ou de vaudois.

Interrogé s'il a abjuré l'hérésie et le valdésisme, il a dit que oui, entre les mains du chapelain de Saint-Michel⁵, celui qui s'y trouve actuellement. Sur les faits susdits, il ne sait rien tant sur lui que sur les autres.

Arnaud Pagès, de Cornèze

La même année, le 17 des calendes d'avril⁶, Arnaud Pagès, de Cornèze, cité, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu, comme les autres, a répondu sur les faits susdits qu'il ne savait absolument rien.

Il déposa cela devant le seigneur évêque. Témoins : seigneur Guillaume d'Aigues-Vives et Guillaume Folquin.

Dame Faïs, de Cornèze.

Celle-ci est emprisonnée

Ce même jour⁷. Dame Faïs, de Cornèze⁸, citée, témoin ayant juré, a dit que : Un jour, alors qu'elle allait à Couffoulens avec Pierre de Cornèze, ce Pierre commença à lui demander si elle n'avait jamais vu quelques-uns de ceux que l'on appelle bons hommes, et le témoin répondit que non. Alors ledit Pierre la pressa tellement qu'il la conduisit à la maison de Pierre Adalbert, de Couffoulens, pour voir deux hérétiques dont elle ignore les noms.

¹ Vers 1239, le fait est précédemment situé en 1234.

² Commune de l'Aude.

³ 15 avril 1254.

⁴ En 1229, traité de Meaux.

⁵ L'église Saint-Michel du bourg de Carcassonne.

⁶ 15 avril 1254.

⁷ 15 avril 1254.

⁸ Commune de l'Aude.

Requisita si adoravit eos, dixit quod sic, ter flexis genibus, dicendo : Benedicite, secundum morem eorum. Interrogata si dedit eis aliquid, dixit quod sic, unam camisiam.

De astantibus, dixit quod dictus P. de Cornezano et P. Adalberti erant presentes, et quod P. de Cornezano adoravit eos cum dicta teste. De tempore, dixit quod in maio erit annus et dimidius. Et hoc fecit post abjuratam heresim apud Caunas.

Interrogata per singula, tam de se quam de aliis super his que ad formam inquisitionis pertinent, dixit se nichil amplius nescire.

Hec deposuit dicta testis in presencia domini episcopi Carcassone. Testes sunt B. Martini, archipresbiter minor Carcassone, et magister Robertus, medicus.

Item, eadem testis addidit confessioni sue eadem die, videlicet quod supradictus Petrus de Cornezano quadam vice adduxit supradictos hereticos ad domum ipsius testis, et hospitati fuerunt ibi, et comederunt et biberunt de bonis ipsius testis ; et ipsa testis in adventu et in recessu adoravit eosdem.

Interrogata quis visitavit eos ibi, dixit quod Raymunda, uxor Ber. Pagesii, visitavit eosdem et adoravit et dedit eis unam anguillam ; et ipsa testis dedit eis unam eninam frumenti.

Dixit etiam quod dicti heretici predicaverunt eidem testi quod diligeret et adoraret bonos homines ; et quesierunt ab ea quare non induxisset maritum suum defunctum ad hoc ut haberet hereticos in morte sua, et ipsa testis respondit quod non credebat quod ipse numquam habuisset fidem suam in eis.

Adjecit etiam quod fuit credens hereticorum circa duos annos, quod ante negaverat.

Adjecit etiam quod alter eorum vocabatur Arnaldus Gili et alter Catalanus, quorum nomina superius se dixerat ignorare.

Interrogata de tempore quo supradicti heretici iacuerunt in domo dicte testis, dixit quod in medio erit annus.

Dixit etiam quod Anatabis Gita misit eis unam eminam frumenti per Raymundum Fornerii, de Cornezano, quem sciebat esse familiarem ipsorum.

Hec deposuit coram domino episcopo Carcassone apud Carcassonam. Testes magister P. officialis, et magister Robertus, et Ber. de Farico.

Anno Domini M° CC° LVIII, VII idus aprilis. Dicta Fays carceri adducta requisita ut supra, testis jurata, dixit nichil aliud scire nisi illa que confessa fuit.

Anno quo supra, kalendis septembris. Dicta Fays rediens, dixit quod, cum Raimunda, uxor Poncii de Cornazano de Limoso, infirmaretur apud Limosum in domo Poncii de Cornazano, mariti sui, illa qua decessit egritudine, vidit ipsa testis in domo predicta retro quoddam postatum Bernardum Acier hereticum, et erant ibi simul cum dicto heretico Raimunda, uxor Bernardi Pagesii, de Cornazano, mater dicte infirme. Et non adoravit eum nec vidit adorari, set ipsa testis salutavit ei.

Interrogata si dicta infirma fuit consolata, dixit se non vidisse. De tempore, a duobus annis citra.

Requis de dire si elle les adora, elle a dit que oui, trois fois genoux fléchis, en disant "*Bénissez*", selon leur rite.

Requis de dire si elle leur donna quelque chose, elle a dit que oui, une chemise. Sur les personnes présentes, elle a dit que Pierre de Cornèze et Pierre Adalbert étaient présents, et que Pierre de Cornèze les adora avec le témoin. Il y aura un an et demi au mois de mai¹. Elle fit cela après avoir abjuré l'hérésie à Caunes.

Interrogée sur chacun des points, tant sur elle que sur les autres en ce qui concerne la procédure d'enquête, elle a dit qu'elle ne savait rien de plus.

Elle fit cette déposition en présence du seigneur évêque de Carcassonne. Témoins : Bernard Marty, archiprêtre mineur de Carcassonne, et maître Robert, médecin.

De même, le même jour, le témoin a ajouté à sa confession, à savoir que : Une fois, le susdit Pierre de Cornèze amena les hérétiques susdits à la maison du témoin. Ils y furent hébergés, mangèrent et burent sur les biens du témoin, et le témoin les adora à l'arrivée et au départ.

Interrogée sur les personnes qui leurs rendirent visites, elle a dit que Raymonde, épouse de Bernard Pagès, leurs rendit visite et les adora. Elle leur donna une anguille, et le témoin leur donna une émine de froment.

Elle a dit aussi que lesdits hérétiques prêchèrent au témoin d'honorer et d'adorer les bons hommes, et ils lui demandèrent pourquoi elle n'amena pas son défunt mari à recevoir les hérétiques à sa mort, et le témoin répondit parce qu'elle croyait qu'il n'avait aucunement foi en eux.

Elle a ajouté aussi qu'elle avait été croyante des hérétiques deux ans environ, ce qu'elle avait niée auparavant.

Elle a ajouté aussi que l'un des deux hérétiques s'appelait Arnald Gilles et l'autre Catalan, au sujet desquels elle avait dit précédemment en ignorer les noms.

Interrogée sur l'époque où les hérétiques couchèrent dans sa maison, elle a dit qu'il y aura un an au mois de mai².

Elle a dit aussi qu'Anatabe Gite leur envoya une émine de froment par Raymond Fournier, de Cornèze, et elle savait qu'il était un ami des hérétiques.

Elle a déposé cela devant le seigneur évêque de Carcassonne, à Carcassonne. Témoins : maître Pierre, official, maître Robert, et Bertrand de Faric.

En l'an du Seigneur 1259, le 7 des ides d'avril³. Ladite Faïs, amenée de prison, requise comme précédemment, témoin ayant juré, dit ne rien savoir d'autre que ce qu'elle a confessé.

La même année, le jour des calendes de septembre⁴. Ladite Faïs qui est revenue, a dit que : Alors que Raymonde, épouse de Ponce de Cornèze, de Limoux, était malade de la maladie dont elle mourut, à Limoux, dans la maison de Ponce de Cornèze, son mari, le témoin vit dans la maison susdite, derrière un rideau, Bernard Acier, hérétique. Étaient là avec ledit hérétique : Raymonde, épouse de Bernard Pagès, de Cornèze, mère de ladite malade. Elle ne l'adora pas ni ne le vit être adorer, mais le témoin le salua.

Interrogée si ladite malade fut consolée, elle a dit qu'elle ne l'avait pas vu. Il y a deux ans environ⁵.

¹ Entre 1251 et 1252.

² Mai 1253.

³ 9 avril 1259.

⁴ 1^{er} septembre 1259.

⁵ Vers 1257.

Item, dixit quod cum ipsa testis congregasset aliquam summam pecunie ad dandum hereticis, sicut iam dudum Petrus Cornasani ad hoc induxerat ipsam testem, supponens ipsa testis quod heretici erant in domo Arnaudi Barbionis, captata hora qua uxor Arnaudi Barbionis erat absens a domo, ipsa testis, inventa clave dicte domus, aperuit domum et vidit ibi prefatos hereticos, quibus dedit cannam et dimidiam de leuro¹ et ultra circiter XX solidos melgoriensium. Et hoc facto, ipsa testis abiit viam suam. Et non adoravit eos, set salutavit. De tempore, quod supra.

Item, dixit quod ipsa testis dedit Bernarde, uxori quondam Guillelmi Pagesii, unam eminam de frumento ad opus hereticorum. De tempore, circiter duos annos. Et recognovit quod omnia predicta comisit postquam abjuravit heresim, et habuit penitentiam de hiis que comiserat ; unde fatetur se in abjuratam heresim recidisse. Predictos hereticos credidit esse bonos homines, amicos Dei et veraces, bonamque fidem habere, seque et alios salvari posse in secta eorum. Hec deposuit coram fratre Baudoino, inquisitore. Testes fratres P. Blegerii et Felix ordinis Predicatorum, et Guir. Trepaci, notarius, qui hec scripsit.

Item, anno quo supra, VIII kal. octobris. Dicta detenta diu in carcere adjecit testimonio suo dicens [...]

Item, anno quo supra, XIII kal. novembris. Dicta Fays rediens adjecit testimonio suo dicens, quod cum venisset Cavanacum in domum Adalaicis Sicrede, prefata Adalaicia ostendit ipsi testi in quadam domuncula Bernardum Acier et socium suum hereticos, et ibi ipsa testis sola adoravit dictos hereticos, dicendo : Benedicite, flexis genibus ante ipsos. Et hoc facto, ipsa testis abiit viam suam. De tempore, circiter duos annos, scilicet postquam abjuravit heresim et fuit educta a muro ; unde fatetur in abjuratam se heresim recidisse. Item, dixit se intrasse per clanagueriam² et vidisse in domo Guillemi Johannis de Cornasano Bernardum Acier et socium suum hereticos, quibus ipsa testis dedit unam poneriam pisorum. De tempore, circa annum et dimidium. Et in actu isto fatetur se in abjuratam heresim recidisse. Hec deposuit coram fratre G., inquisitore. Testes fratres J. de Capitestagni, subprior fratrum Predicatorum Narbone, et P. Blegerii, ordinis Predicatorum, et Guir. Trepaci, notarius, qui hec scripsit.

¹ Mot inconnu des dictionnaires, le contexte nous laisse penser à un tissu, peut-être du lin, et nous l'avons traduit comme tel.

² Mot inconnu dans les dictionnaires, qu'il faut certainement rapproché du catalan clavaguera désignant un enclos. Autrement dit, elle n'emprunta pas l'entrée habituelle pour ne pas être vue des voisins mais elle passa par une porte détournée, peut-être celle donnant sur le jardin, à l'arrière de la maison.

De même, elle a dit que : Comme le témoin avait rassemblé une somme d'argent pour la donner aux hérétiques, comme Pierre de Cornèze l'avait demandé depuis longtemps¹ au témoin, le témoin, supposant que les hérétiques étaient dans la maison d'Arnaud Barbion, elle attendit le moment où l'épouse d'Arnaud Barbion était absente de la maison, le témoin trouva la clé de ladite maison, ouvrit la maison et y vit les hérétiques susdits, auxquels elle donna une canne et demi de tissu et en sus, une vingtaine de sous melgoriens. Cela fait, le témoin reprit sa route. Elle ne les adora pas mais elle les salua. Même époque².

De même, le témoin a dit que : Elle donna à Bernarde, épouse jadis de Guillaume Pagès, une émine de froment pour le besoin des hérétiques. Il y a environ deux ans³. Elle reconnut avoir commis tout les faits susdits après quelle ait abjuré l'hérésie, et elle eut pénitence pour ce qu'elle avait commis auparavant ; dès lors il est établi qu'elle retomba en hérésie après son abjuration. Elle crut que les hérétiques susdits étaient des hommes bons, amis de Dieu et véridiques, qu'ils avaient une bonne foi, et qu'elle pouvait, ainsi que les autres, être sauvée dans leur secte. Elle a faite cette déposition devant frère Baudouin, inquisiteur. Témoins : Les frère Pierre Blegier et Felix, de l'ordre des Prêcheurs, et Guiraud Trépas, notaire, qui a écrit cela.

De même, la même année, le 7 des calendes d'octobre⁴. Ladite personne détenue en prison depuis longtemps, a ajouté à son témoignage, disant que [...]⁵

De même, la même année, le 13 des calendes de novembre⁶. Ladite Fais qui est revenue, a ajouté à son témoignage, disant que : Alors qu'elle était venue à Cavanac dans la maison d'Adalaïs Sicre, la susdite Adalaïs montra au témoin, dans une petite pièce, Bernard Acier et son compagnon, hérétiques. Là, le témoin, seul, adora lesdits hérétiques en disant "*Bénissez*", genoux fléchis devant eux. Cela fait, le témoin reprit sa route. Il y a deux ans environ⁷, à savoir après avoir abjuré l'hérésie, et elle a été reconduite au Mur. Dès lors, il est établi qu'elle est retombée en hérésie après son abjuration. De même, elle a dit que : Elle entra par l'enclos⁸ dans la maison de Guillaume Jean de Cornèze et elle vit là Bernard Acier et son compagnon, hérétiques, à qui elle donna une mesure de pois. Il y a un an et demi environ⁹. Par ce fait, il est établi qu'elle est retombée dans hérésie qu'elle avait abjurée. Elle a déposé cela devant frère Guillaume, inquisiteur. Témoins : Frère Jean de Capestang¹⁰, sous-prieur des frères Prêcheurs de Narbonne, frère Pierre Blegier, de l'ordre des Prêcheurs, et Guiraud Trépas, notaire, qui a écrit cela.

¹ Ou immédiatement, le latin *iamdudum* est ambiguë, il signifie immédiatement ou depuis longtemps.

² Vers 1257.

³ Vers 1257.

⁴ 25 octobre 1259.

⁵ Lacune.

⁶ 19 novembre 1259.

⁷ Vers 1257.

⁸ Voir la note 2 du texte latin.

⁹ Vers 1257-1258.

¹⁰ Chef-lieu de canton, Hérault.

Arsendis, de Monte Lauro

Anno quo supra, II ydus marcii. Arsendis, uxor quondam Bernardi Fabri, de Monte Lauro, citata, testis jurata super IIII sancta Dei Evangelia quod super facto heresis et Valdesie, tam de se quam de omnibus aliis, puram, plenam et meram diceret veritatem, dixit quod a XX annis citra nichil de facto heresis vel Valdesie sciebat ; et de hiis que vidit vel audivit ultra XX annos, fuit confessa coram fratre ferrario apud Caunas, et postea fratri Bernardo et fratri Johanni, et penitentiam recepit ab ipsis, et abjuravit heresim coram predictis fratribus apud caunas, nec postea nichil vidit.

G. Curt, de Rivo

Anno quo supra, II ydus marcii. Guillelmus Curt, de Rivo, citatus, testis juratus super IIII sancta Dei Evangelia quod super facto heresis et Valdesie, tam de se quam de aliis, vivis ac mortuis, puram ac plenam et meram diceret veritatem, super prmissis dixit se nichil scire diligenter pluries requisitus.

Johannes Alberici, de Villatristolx

Anno quo supra, II ydus marcii. Johannes Alberici, de Villatristolx Valliz Aquitanie, ferens cruces de filero, citatus, testis juratus super IIII sancta Dei Evangelia quod super facto heresis vel Valdesie, tam de se quam de omnibus aliis, vivis ac mortuis, puram ac plenam et meram diceret veritatem, dixit quod, postquam fuit confessus fratri Johanni apud Carcassonam, non vidit hereticos vel Valdenses, nec aliquid scit de facto ipsorum ; et de hoc quod viderat, a predicto fratre johanne penitentiam recepit, prout in suis litteris continetur, quas ostendit.

Guillelma Bonfilla, de Taurizano

Anno quo supra, II ydus marcii. Guillelma Bonfilla, de Taurizano, citata, testis jurata super IIII sancta Dei Evangelia, ut supra de aliis continetur, super prmissis diligenter pluries requisita dixit se nichil [scire]. Dixit etiam se abjurasse heresim et Valdesiam apud Caunas, coram inquisitoribus heretice pravitatis.

Arsende, de Montlaur

La même année, le 2 des ides de mars¹, Arsende, épouse jadis de Bernard Fabre, de Montlaur, citée, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdéisme, tant sur soi que sur tous les autres, a dit que : Depuis vingt ans environ² elle ne sait rien en matière d'hérésie ou de valdéisme, et sur ce qu'elle a vu ou entendu avant ces vingt ans, elle a dit qu'elle les avait confessés devant frère Ferrier à Caunes, et après à frère Bernard et à frère Jean³, et qu'elle en avait reçu une pénitence. Elle a abjuré l'hérésie devant les frères susdits à Caunes, et après elle n'a rien vu.

Guillaume Court, de Rieux-en-Val

La même année, le 2 des ides de mars⁴, Guillaume Court, de Rieux-en-Val, cité, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdéisme, tant sur soi que sur les autres, vivants ou morts, requis scrupuleusement plusieurs fois sur les faits susdits, il a dit qu'il ne savait rien.

Jean Alberic de Villetritouls

La même année, le 2 des ides de mars⁵, Jean Alberic de Villetritouls, du Val de Dagne, portant les croix de feutre, cité, témoin ayant juré sur les quatre évangiles de Dieu de dire la pure, entière et pleine vérité, en matière d'hérésie ou de valdéisme, tant sur soi que sur tous les autres, vivants ou morts, il a dit que : Après qu'il se confessa à frère Jean, à Carcassonne, il ne vit plus d'hérétique ou de vaudois, et il ne sait rien sur ces derniers. Sur ce qu'il avait vu, il en reçut une pénitence par le susdit frère Jean, comme cela est contenu dans la lettre qu'il a montré.

Guillemette Bonnefille, de Taurize

La même année, le 2 des ides de mars⁶, Guillemette Bonnefille, de Taurize, citée, témoin ayant juré sur les quatre saints évangiles de Dieu, comme les autres au-dessus. Scrupuleusement requise plusieurs fois sur les faits susdits, elle a dit qu'elle ne savait rien. Elle a dit aussi qu'elle avait abjuré l'hérésie et le valdéisme à Caunes, devant les inquisiteurs de la perversion hérétique.

¹ 14 mars 1259.

² En 1239.

³ Il doit s'agir de Bernard de Caux et Jean de Saint-Pierre.

⁴ 14 mars 1259.

⁵ 14 mars 1259.

⁶ 14 mars 1259.

R. Villandriz, de Cavanacho

Anno quo supra, II ydus marci. Raimundus de Villandric, de Cavanacho, non citatus, testis juratus super IIII sancta Dei Evangelia quod super facto heresis et Valdesie, tam de se quam de omnibus aliis, vivis ac mortuis, puram ac plenam et meram diceret veritatem, dixit quod, cum ipse esset quadam nocte in platea apud Cavanachum, Guillelmus de Villandriz, de Cavanacho, venit ad dictum testem ; et dixit ei quod duo homines erant in domo sua et volebant loqui cum dicto teste ; et cum dictus testis ivisset ad domum predicti Guillelmi, dictus Guillelmus dimisit ipsum ibi et ivit et adduxit secum duos hereticos. Et cum intrassent domum, invenerunt dictum testem ibi et salutaverunt ipsum proprio nomine nominando ipsum testem ; et dixerunt dicto testi quod ipse non cognosceret eos nisi ipsi manifestarent se ei ; et dixerunt quod erant boni homines qui vocantur heretici et qui persecuntur ab Ecclesia non pro malo quod faciant. Et audivit ibi monitiones quas predicti heretici faciebant, et placebant sibi. Interrogatus si adoravit eos, respondit quod non. Item, interrogatus de astantibus, dixit quod ipse testis, et Guillelmus predictus ; qui Guillelmus monebat dictum testem quod crederet dictis hereticorum, quia boni homines erant.

Interrogatus de nominibus eorum, dixit se nescire. Interrogatus quo iverunt vel quid postea fecerunt, dixit se nichil scire, nisi quod dimisit eos ibi. De tempore, dixit quod tres anni possunt esse.

Postea circa duos menses, Sycredus de Cavanacho venit ad ipsum testis et duxit ipsum ad domum suam ; et dum ipse testis sederet cum familia predicti Sycredi, venit dictus Sycredus cum duobus hereticis qui erant in domo sua, et qui salutaverunt ipsum testem ; et ipsi sederunt juxta dictum testem, et predicabant ei et aliis qui erant ibi. Et dicti heretici interrogaverunt dictum testem, si scivisset eos ibi, si venisset ; dixit quod non. Interrogatus si placebat ei predicatio eorum, dixit quod non ; tamen bene audiebat eos. Item, interrogatus si adoravit eos, dixit quod non, nec comedit, nec bibit cum eis ; de nominibus ipsorum non recordatur. Interrogatus de astantibus, dixit quod Sycredus, Alazaydis, mater dicti Sycredi, et soror dicti Sycredi nomine Belesen, et Guillelmus de Prixenel. Item interrogatus si dedit eis aliquid vel fecit aliquid bonum, ad utrumque respondit quod non.

Postea consequenter circa medium annum, cum veniret ad domum dicti Sycredi, invenit in eadem domo duos hereticos de quorum nominibus non recordatur, et audivit predicacionem predictorum hereticorum, que predicacio placuit ipsi ; et credidit ipsos esse bonos homines et credebatur in secta eorum se posse salvari. De circumstantibus, dixit quod predictus Sycredus et Alazaydis, mater sua, et soror sua nomine Bellesen, et Guillelmus de Prixenel, et Arnaldus Brunel, de confolento ; et omnes isti audiverunt predicacionem eorum ; qua predicacione audita, dictus testis et Ar. Brunel, et Sycredus et Guillelmus Prixenel eadem nocte associaverunt eos extra villam de Cavanacho per aliquantulum spacium. Et post dictus Arnaldus Brunel, de Confolento, ivit cum eis apud Confolentum. Interrogatus si recepit aliquid ab eis, respondit quod nichil dedit eis vel aliquid non recepit ab eis.

Raimond Villandriz, de Cavanac

La même année, le 17 des calendes d'avril². Bernard Carcassès, de Villefloure, non cité, témoin ayant juré, a dit que : Il prit une femme en mariage qui s'appelait Fabrissa. Cette femme fut la demoiselle de Raymond de Cazals, chevalier, qui estimait les hérétiques et avait instruit cette Fabrissa dans la secte des hérétiques. Après elle séduisit le témoin et lui demanda d'avoir les hérétiques en estime. Mais le témoin résistait à ce conseil. Ensuite cette Fabrissa, en l'absence du témoin, amena dans sa maison un hérétique qui s'appelait Guillaume de Cazals. Le témoin, quand il revint, en colère contre elle, frappa cette Fabrissa pour le fait d'avoir reçu cet hérétique dans la maison. Cependant, cet hérétique resta là une semaine, le témoin présent et il le tolérait. Il fut absent pendant une quinzaine de jours et le laissa là à son départ.

Interrogé s'il donna à manger à cet hérétique, il répondit que Raymond de Cazals, frère de cet hérétique, pourvoyait au ravitaillement de cet hérétique.

Interrogé de même, si quelqu'un de Villefloure rendait visite audit hérétique ou lui donnait quelque chose, il répondit que non, lui présent ou qu'il l'ait su. Interrogé où partit l'hérétique, il répondit en Lombardie. Sur l'époque, il dit qu'il peut y avoir vingt ans³. Interrogé si par la suite il vit des hérétiques ou des vaudois dans sa maison ou ailleurs, il dit qu'il vit dans sa maison l'hérétique Rixende d' Amiel. Son épouse Fabrissa lui faisait tout le bien qu'elle pouvait. Cette hérétique resta avec le témoin et son épouse Fabrissa dans la maison pendant un an. Ensuite cette hérétique quitta la maison du témoin et demeura dans la maison de la nièce de ladite hérétique qui s'appelait Barmonde jusqu'à ce qu'elle fut capturée et brûlée avec d'autres hérétiques à Carcassonne.

Sur l'époque, il dit que ce fut à l'époque d'André Chaulcas⁴, sénéchal.

Interrogé sur la route que prit Guillaume de Cazals, il dit qu'il alla en Lombardie.

¹ Vers 1245-1246.

² 15 avril 1249.

³ Vers 1229.

⁴ Mort vers 1227.

Postea vero vidit duos hereticos in domo R. Juliani de Vilaflurano, quorum nomina nesciebat ; qui dictus testis cum dicto R. Juliano duxit dictos hereticos usque Carcasobrega in terminio de Leuco : qui heretici venerunt versus cofolentum ; set tamen nescit quam domum intraverunt. De tempore, dixit quod annus et dimidius. Postea uxor dicti testis incepit infirmari gravi infirmitate et peccit sibi adduci hereticos qui salvarent eam, quia modis omnibus volebat mori in manibus eorum et facto testamento et recepta Eucaristia. Postea dictus testis addidit quod quidam hereticus tradidit uxori sue Fabrice V solidos quos debebat dare P. Anargila, qui erat hereticus de Vilatritol ; et dicta uxor dixit marito suo quod deportaret dictos denarios dicto heretico ; quod facere noluit ; et tunc dicta uxor tradidit dictos denarios R. Carcassessio, filio suo, ut deportaret eos dicto heretico apud Vilatritol ; et dictus filius tradidit eos dicto heretico. Requisitus de tempore, dixit quod bene sunt VII anni.

Anno Domini M° CC° L° secundo, II nonas maii. Bernardus Carcassessi, de Villaflorano, testis juratus, addidit confessioni sue, dicens quod apud Villaflorano in domo Rdi de Casals vidit Benedictum de Termino, G. de Puteo, P. Torron, Stephanum de Cazilhac, R. Aolric, fratrem quondam capellani de Monte Lauro, predecessoris istius, et alios plures hereticos multociens ; et vidit ibi cum eis Ber. Willelmi et Ar, Willelmi de Leuco, fratres, [Guillelmus] Vallato, Aimericum de Solerio et multo alios de quibus non recolit. Set ipse testis non adoravit nec vidit adorari ; et tunc Raymundus Aolric predictus decessit, et fuit sepultus in aperio, sicut R. de Cazilhac, bajulus Raymundi de Casals, et Guillelmus, nuncius ejusdem Raymundi, retulerunt ipsi testi et hostenderunt sibi locum ; et sunt circiter XXX anni.

Item, Guillelmus Vallato tenuit in quadam domo sua per noctem et diem Alazaiciam d'en Arneil hereticam defunctam, quam heretici ibidem intromiserant de nocte ; et dictus G. sepelivit eam in reco de Rippis, sicut idem G. retulit ipsi testi. ; et R. Vallato hostendit sibi locum ; et hoc debent scire Guillelma, uxor dicti Guillelmi Vallato, et Alazaicia, et Fabrisa, filie ejus.

Item, W. de Vallato fuit hereticatus in obitu, et mater ejusdem similiter, sicut R. de Casillac predictus retulit ipsi testi.

Anno Domini M° CC° L° III°, nonis maii. Dictus Bernardus Carcasses citatus reddiit et adjecit quod ipse testis quadam die ivit apud cofolentum de mandato Fabrisse, quondam uxoris sue, pro querendis hereticis ad opus dicte Fabrisse, que infirmabatur illa infirmitate qua obiit ; et intravit domum Bernardi Ros senioris, et invenit ibi Bergeliam, uxorem Bernardi Ros predicti ; et ibi ipse testis locutus fuit cum ea de hereticis ; et tunc predicta Vergelia dixit eidem testi si volebat eos videre, et ipse testis respondit quod non ;

Mais par la suite, il vit deux hérétiques dans la maison de Raimond Julian de Villefloure, dont il ne connaissait pas le nom. Le témoin avec Raimond Julian conduisit ces hérétiques jusqu'à Cargasobrega à la frontière de Leuc. Les hérétiques se dirigèrent vers Couffoulens, cependant le témoin ne sut pas dans quelle maison ils entrèrent. Sur l'époque, il dit qu'il y a un an et demi. Par la suite, l'épouse du témoin tomba gravement malade et lui demanda d'amener les hérétiques qui la sauveraient, parce qu'elle voulait par-dessus tout, mourir entre leurs mains. ¹Elle fit son testament et reçut l'eucharistie.

Ensuite le témoin ajouta qu'un hérétique remit à son épouse Fabrisa cinq sous qu'elle devait remettre à Pierre Anargile, qui était un hérétique de Villetritouls. L'épouse dit à son mari de porter ces deniers à cet hérétique, ce qu'il ne voulut pas faire. Alors l'épouse remit ces deniers à Raimond Carcassès, son fils, afin qu'il les apporte à cet hérétique, à Villetritouls. Et ce fils les remit à cet hérétique. Requis de dire l'époque, il a dit qu'il y avait bien sept ans².

En l'an du Seigneur mille deux cent cinquante deux, le deux des nones de mai³. Bernard Carcassès, de Villefloure, témoin ayant juré, ajouta à sa confession en disant qu'à Villefloure, dans la maison de Raimond de Cazals, il vit plusieurs fois : Benoit de Termes⁴, Guillaume Dupuit, Pierre Torron, Stéphane de Cazilhac⁵, Raimond Aolric, autrefois frère du chapelain de Montlaur, le prédécesseur de celui qui s'y trouve actuellement, et plusieurs autres hérétiques. Il vit là avec eux Bernard Guillaume et Arnaud Guillaume de Leuc, frères, Guillaume de Valleton, Aymeric du Solier et plusieurs autres dont il ne se rappelle plus. Mais le témoin n'adora pas ni ne vit adorer. Alors le susdit Raymond Aolric mourut et fut enseveli dans une sépulture, comme le rapportèrent au témoin Raymond de Cazilhac, bayle de Raymond de Cazals, et Guillaume, messenger de ce dernier, et ils lui montrèrent le lieu. Il y a trente ans environ⁶.

De même, Guillaume de Vallaton tint dans sa maison pendant une nuit et un jour, Alasaïs de messire Arneil, hérétique défunte, que les hérétiques introduisirent de nuit. Ce Guillaume l'enterra dans un creux de roche, comme Guillaume le rapporta au témoin, et Raymond de Vallaton lui montra le lieu. Doivent le savoir : Guillemette, épouse de Guillaume de Vallaton, Alasaïs, et Fabrisa, sa fille.

De même, Guillaume de Vallaton fut hérétique à sa mort, et sa mère également, comme le susdit Raymond de Cazilhac le rapporta au témoin.

En l'an du Seigneur 1253, le jour des nones de mai⁷. Bernard Carcasses, cité, est revenu et a ajouté que : Un jour il alla à Couffoulens, à la demande de Fabrisa, alors son épouse, pour demander aux hérétiques de venir pour le besoin de Fabrisa, qui était malade de la maladie dont elle mourut. Il entra dans la maison de Bernard Roux, le vieux, et il trouva là Vergelia, épouse du susdit Bernard Roux. Là, le témoin discuta avec elle au sujet des hérétiques et alors Vergelia demanda au témoin s'il voulait les voir, et le témoin répondit que non.

¹ En 1220.

² Vers 1241-1242.

³ 6 mai 1252.

⁴ Il devint l'évêque du Razès en 1226.

⁵ Commune de l'Aude.

⁶ Vers 1222.

⁷ 7 mai 1253.

et tunc condixerunt inter se quod in sero sequenti ipse testis esset ad ecclesiam de Casals et illuc inveniret hereticos ; et ipse testis ivit ad predictum locum, et invenit ibi duos hereticos quorum nomina ignorat, et duxit eos apud Villafluranum, et intromisit eos in domum ipsius testis ante Fabrissam, uxorem quodam ipsius testis, que infirmabatur ; et cum essent ante dictam infirmam, ipse testis exivit inde et dimisit dictos hereticos cum predicta infirma. Et ipse testis clausit hostium cum clave et custodit januam ne aliquis superveniret. Et ibi predicti heretici hereticaverunt dictam infirmam, uxorem ipsius testis, et legavit predictis hereticis vestes suas, quas predicti heretici habuerunt antequam recederent a domo ; et jacuerunt ibi predicti heretici per unam noctem ; et in mane ipse testis abstraxit dictos hereticos a domo ipsius testis, et duxit et intromisit eos in domum Arnaudi Scicre, fabri de Villaflurano ; et erant ibi quando ipse testis et heretici predicti intraverunt, Raymunda, uxor Arnaudi Scicre, et Ermengardis, uxor G. Ar. quondam. Interrogatus dixit quod ipse testis nec predictae mulieres non adoraverunt dictos hereticos ipso teste vidente ; et steterunt ibi predicti heretici per diem et noctem ; et cum stetissent ibi per dictum tempus predicti heretici, ipse testis extraxit eos inde et duxit eos usque in locum videlicet Cargasobrega prope leucum ; et ibi ipse testis adoravit dictos hereticos ter flexis genibus ante ipsos ; et in qualibet genuflexione dicebat ipse testis : Benedicite ; et heretici respondebant in qualibet benedictione : Deus vos benedicat ; et addebat post ultimum Benedicite : Domini, rogate Deum pro isto peccatore, quod faciat me bonum Christianum et perducat me ad bonum finem. Et hoc facto, ipse testis recessit ab eis et reversus fuit versus Villafluranum ; et heretici tenuerunt viam suam. De tempore, in festo sancti Johannis Baptiste proxime veniente erunt III anni.

Item, dixit se vidisse apud Villafluranum in domo Raymundi de Casals, Raymundum Oalric et socium ejus hereticos per tres vices ; et erant ibi ipse testis et Raymundus de Casals et Arnaudus Ferrol, et Raymundus de Casolac ; et ibi ipse testis et omnes alii predicti qualibet vice et Fabrissa, uxor ipsius testis, et Flandina, soror Raymundi de Casals, et Sicredus de Casals, de Carcassona, adoraverunt dictos hereticos, sicut dictum est. De tempore, XL anni. Interrogatus, dixit quod ipse testis abjuravit heresim apud Caunas coram inquisitoribus ; et scienter celavit eis veritatem et scienter dejeravit ; et postea recidavit et scienter dejeravit. Interrogatus, dixit quod ipse testis abjuravit heresim apud Carcassonam coram fratre Johanne, inquisitore ; et scienter celavit ei omnia predicta et scienter dejeravit. Hec deposuit apud Carcassonam coram domino episcopo Carcassone. Testes magister P., capellanus de Drula, et Bonus Mancipus, notarius.

Po. Adalberti, de Cofolento

Iste est cruce signatus

Po. Adalberti, de Cofolento, gratis veniens non citatus, testis juratus tam de se quam de aliis, vivis ac defunctis, super facto Valdesie et pravitate heretice dicere veritatem, requisitus dixit quod quadam vice Ar. Pela, de Cofolento, major adduxit ad domum ipsius testis duos hereticos, videlicet Ar. Egidii et R. Valent, et ibi tenuit eos per unum diem. Nocte sequenti idem testis reduxit eos ad domum dicti Ar. Pela ; quo iverunt postea nescit.

Alors ils convinrent entre eux, que le soir suivant le témoin serait à l'église de Cazals et que là il trouverait les hérétiques. Le témoin alla au lieu dit et y trouva deux hérétiques dont il ignorait les noms. Il les conduisit à Villeflore et les introduisit dans la maison du témoin, devant Fabrissa, épouse alors du témoin, qui était malade. Alors qu'ils étaient devant ladite malade, le témoin sortit et laissa les hérétiques avec la susdite Fabrissa. Le témoin ferma la maison à clé et surveilla la porte pour que personne ne puisse entrer. Là les hérétiques hérétiquèrent cette malade, épouse du témoin. Elle légat aux hérétiques sa veste que les hérétiques eurent avant de quitter la maison. Les hérétiques couchèrent là une nuit. Le matin le témoin sortit les hérétiques de sa maison, il les conduisit et les introduisit dans la maison d'Arnaud Sicre, forgeron de Villeflore.

Se trouvaient là quand le témoin et les hérétiques entrèrent : Raymonde, épouse d'Arnaud Sicre, et feu Ermengarde, alors épouse de Guillaume Arnaud. Interrogé, le témoin a dit que : ni lui, ni les femmes susdites n'adorèrent lesdits hérétiques, à la vue du témoin. Les hérétiques restèrent là pendant une journée et une nuit. Comme lesdits hérétiques étaient restés là pendant le temps susdit, le témoin les sortit de là et les conduisit jusqu'au lieu-dit Cargasobrega près de Leuc ; et là le témoin adora lesdits hérétiques, trois fois les genoux fléchis devant eux, et à chacune de ses genuflexions le témoin disait "*Bénissez*", et les hérétiques répondaient à chaque « *bénissez* » "*Dieu vous Bénisse*", et au dernier "*Bénissez*", il ajoutait "*Seigneurs, priez Dieu pour ce pécheur afin qu'il me fasse bon chrétien et me conduise à bonne fin*". Ceci fait, le témoin les quitta et revint vers Villeflore. Les hérétiques prirent leur route. Il y aura trois ans à la prochaine fête de Saint Jean-Baptiste¹.

De même, il adit que : Il vit à Villeflore, dans la maison de Raymond de Cazals, les hérétiques Raymond Aolric et son compagnon, par trois fois. Se trouvaient là : le témoin, Raymond de Cazals, Arnaud Ferrol et Raymond de Casolac. Là le témoin et tous les autres susdits ainsi que Fabrissa, épouse du témoin, Flandine, sœur de Raymond de Cazals, et Sicre de Cazals, de Carcassonne, adorèrent à chaque fois lesdits hérétiques, comme il a été dit. Il y a quarante ans².

Interrogé, il a dit que : Il abjura l'hérésie à Caunes devant les inquisiteurs, et sciemment il leur cacha la vérité, et sciemment il se parjura. Par la suite, il récidiva et se parjura sciemment. Interrogé, il a dit que : Il abjura l'hérésie à Carcassonne devant frère Jean, inquisiteur, et sciemment il lui cacha toutes les choses susdites et sciemment se parjura. Il a déposé cela à Carcassonne devant le seigneur évêque de Carcassonne. Témoins : maître Pierre, chapelain de Dreuilhe, et Bon Mancip, notaire.

Pons Adalbert, de Couffoulens

Celui-là porte les croix.

Pons Adalbert, de Couffoulens, venant pendant le temps de grâce, non cité, témoin ayant juré de dire la vérité, tant sur soi que sur les autres, vivant ou mort, en matière de valdésisme ou sur la perversion hérétique, requis de parler, il a dit que : Une fois Arnaud Pel, de Couffoulens, l'ainé, conduisit à la maison du témoin deux hérétiques, c'est-à-dire : Arnaud Gilles et Raymond Valent, et là il garda ces hérétiques une journée. La nuit suivante, le témoin les reconduisit à la maison d'Arnaud Pel. Où ils allèrent par la suite, il ne le sut pas.

¹ 30 août 1250.

² Vers 1213.

Interrogatus [si adoravit] dixit quod [sic] ter flexis genibus discendo : Benedicite ; et heretici respondebant : Deus vos benedicat. Interrogatus si comedit cum eis, vel vidit eis aliquid, vel recepit ab eis, vel comedit de pane ab hereticis benedicto vel audivit predicationem ab ipsis, vel accepit passem, vel monuit aliquem ad credendum vel benefaciendum hereticis, dixit quod non.

Interrogatus si credebat hereticos bonos esse homines et bonam sectam tenere, dixit quod sic ; et si tunc moretur, credebat se posse salvare in erroribus eorumdem. Interrogatus de tempore, dixit quod circa duos annos et dimidium potest esse.

Dixit etiam quod alia vice vidit duos hereticos in domo B. Ruffi, de Cofolento. Tamen non fuit locutus cum eis, nec misit, nec dedit eis aliquid.

Interrogatus de tempore, dixit quod III anni possunt esse.

Interrogatus si abjuravit heresim, dixit quod sic, secundum communem formam, fratribus inquisitoribus apud Caunas.

[G. Bonus Filius, de Taurizano]

G. Bonus Filius, de Taurizano; testis juratus super facto Valdesie et heretice pravitatis, dixit se penitus nichil scire.

Anno quo supra, III idus marcii. Petrus Bonus Filius, de Taurizano vallis Aquitanie, citatus, de veritate discenda requisitus de se et aliis, etc., testis juratus, dixit se nichil scire penitus super crimine heresis et valdesie. Interrogatus diligenter super articulis universis et singulis qui debent inquiri, dixit se nichil scire. Dixit etiam quod abjuravit heresim et Valdesiam coram inquisitoribus apud Caunas, et quod ante nec post scivit aliquid de heresi vel Valdesia.

[Guillelmus Arnaldi de Taurisano]

Anno et die quod supra. Guillelmus Arnaldi de Taurisano, citatus, requisitus, etc. testis juratus, dixit se super crimine heresis et valdesiae nichil scire. Interrogatus super articulis universis et singulis qui ad crimina pertinent antedicta, dixit se penitus nichil scire. Dixit etiam quod abjuravit heresim coram inquisitoribus apud Caunas, et quod ante nec post scivit aliquid de heresie nec valdesia.

[Raimondus Durandi de Taurizano]

Anno et die quo supra. Raimondus Durandi de Taurisano, citatus, requisitus, etc., testis juratus, dixit se super crimine heresis et valdesiae nichil scire. Interrogatus super articulis universis et singulis qui ad crimina pertinent antedicta, dixit se penitus nichil scire. Dixit etiam quod abjuravit heresim coram inquisitoribus apud Caunas, et quod ante nec post scivit aliquid de heresie nec valdesia.

Interrogé [s'il adora], il dit que [oui] trois fois les genoux fléchis en disant "*Bénissez*"¹, et les hérétiques répondaient "*Dieu vous bénisse*". Interrogé s'il mangea avec eux, ou s'il leur donna quelque chose ou s'il reçut quelque chose de leur part, s'il mangea du pain béni par les hérétiques, ou s'il entendit leurs prédications, ou s'il reçut la paix², ou s'il exhorta quelqu'un à croire en eux, ou à faire du bien aux hérétiques, il a dit que non.

Interrogé s'il croyait que les hérétiques étaient des hommes bons et qu'ils tenaient une bonne secte, il a dit que oui et que s'il était venu alors à mourir, il a cru qu'il pouvait être sauvé dans leurs erreurs. Interrogé sur l'époque, il a dit qu'il pouvait y avoir deux ans et demi³.

Il a dit encore que : Il vit une autre fois deux hérétiques dans la maison de Bernard Ruffin, de Couffoulens. Cependant, il ne parla pas avec eux et il ne leur envoya ni ne leur donna quelque chose. Interrogé sur l'époque, il a dit qu'il pouvait y avoir trois ans.

Interrogé s'il abjura l'hérésie, il dit que oui, selon la forme collective, par les frères inquisiteurs à Caunes.

[Guillaume Bonfils, de Taurize]

Guillaume Bonfils, de Taurize, témoin ayant juré en matière de valdéisme et de la perversion hérétique, il dit qu'il ne sait absolument rien.

La même année, le 4 des ides de mars⁴. Pierre Bonfils, de Taurise du Val de Dagne, cité, requis de dire la vérité sur soi et les autres, etc., témoin ayant juré, a dit que : Il ne sait absolument rien sur les délits d'hérésie et de valdéisme. Interrogé scrupuleusement sur tous les articles, point par point, sur lesquels ils doivent enquêter, il dit ne rien savoir. Il dit encore qu'il abjura l'hérésie et le valdéisme devant les inquisiteurs à Caunes, et qu'avant ou après cela, il ne sait rien sur l'hérésie et le valdéisme.

[Guillaume Arnaud, de Taurize]

La même année, et le même jour qu'au dessus, Guillaume Arnaud de Taurize, cité, requis, etc. témoin juré, a dit que : Il ne sait rien sur le crime d'hérésie et de valdéisme. Interrogé sur tous les articles, point par point, concernant les crimes susnommés, il dit qu'il ne sait absolument rien.

Il a dit aussi qu'il avait abjuré l'hérésie devant les inquisiteurs à Caunes et qu'avant et après il ne sait rien sur l'hérésie ou le valdéisme.

[Raimond Durand de Taurize]

La même année, et le même jour qu'au dessus, Raimond Durand de Taurize, cité, requis, etc. témoin juré, a dit que : Il ne sait rien sur le crime d'hérésie et de valdéisme. Interrogé sur tous les articles, point par point, concernant les crimes susnommés, il dit qu'il ne sait absolument rien. Il a dit aussi que : Il abjura l'hérésie devant les inquisiteurs à Caunes et qu'avant et après il ne sut rien sur l'hérésie ou le valdéisme.

¹ Sic, raccourci du notaire.

² Baiser de paix.

³ Date de la déposition non indiquée. Peut-être s'agit-il de la même année qu'au dessus, dans ce cas le fait est à situé vers 1250-1251.

⁴ 12 mars.

[Raimonda, uxor Ber. Brunelli Poteluc de Coffolento]

Item anno Domini M° CC° L°, VI idus aprilis. Raymunda, uxor Ber. Brunelli Poteluc, de Coffolento, testis jurata, dixit quod nunquam vidit hereticos nec Valdenses, nec credidit, nec adoravit, nec dedit eis aliquid, nec misit, nec predicationem eorum audivit, nec participacionem nec familiaritatem habuit cum eis.

[Juliana, uxor Petri de Gaiano]

Item, Anno et die quo supra. Iuliana uxor Petri de Gaiano, de Prexiano, diocesis Carcassonnensis, requisita ut supra, testis jurata, dixit quod nunquam vidit hereticos nec Valdenses, nec credidit, nec adoravit, nec dedit eis aliquid, nec misit, nec predicationem eorum audivit.

[Rica, uxor P. Pagesii, de Burgo Carcassone]

Item, Anno et die quo supra. Rica, uxor P. Pagesii, de Burgo Carcassone, requisita ut supra, testis jurata, dixit quod nunquam vidit hereticos nec valdenses, nec credidit, nec dedit eis aliquid, nec misit, nec predicationem eorum audivit.

[Bernardus Textor, senior, de Taurizano]

Anno Domini M° CC° L°, III idus novembris. Bernardus Textor, senior, de Taurizano, testis juratus, dixit quod nunquam vidit hereticos, nec adoravit, nec dedit, nec misit, nec duxit, nec recepit, nec eorum predicationem audivit, nec familiaritatem, nec participationem habuit cum hereticis nisi sicut dictum est ; de Valdensibus, dixit se nichil scire. Hec deposuit coram domino episcopo Carcassone. Testes magister P., officialis, magister Rdu David, et P. Ariberti et plures alii.

[R. Vitalis, de Rivo in Valle Equitanie]

Anno domini M° CC° L°, IX kal. marci. R. Vitalis vel sutor, de Rivo in Valle Equitanie, requisitus ut supra, testis juratus, dixit quod vidit Ber. Gausberti, nunc conversum de heresi, Ar. de Caneto et Petrum Cauna, hereticos, in domo Guillelmi Fina apud Rivum ; et vidit ibi cum dictis hereticis Guillelmum Fina, dominum domus, Brunam, uxorem dicti Guillelmi Fina, Arnaudam, uxorem Duranti Egidii. Set non adoravit nec vidit adorari quod recolit. De tempore, VI anni vel circa.

[Raymonde, épouse de Bernard Brunel Poteluc, de Couffoulens]

De même en l'an du Seigneur 1250, le 6 des ides d'avril¹. Raymonde, épouse de Bernard Brunel Poteluc, de Couffoulens, témoin ayant juré, a dit que : Elle ne vit jamais d'hérétique ni de vaudois, ni crut, ni adora, ni leur donna quelque chose, ni envoya, ni entendit leur prédication, ni participa, ni se lia d'amitié avec eux.

[Juliana, épouse de Pierre de Gaja, de Preixan]

De même, le même jour², Juliana, épouse de Pierre de Gaja, de Preixan, du diocèse de Carcassonne, requise comme au-dessus, témoin ayant juré, a dit que : Elle ne vit jamais d'hérétique ni de vaudois, ni crut, ni adora, ni leur donna quelque chose, ni envoya, ni entendit leur prédication.

[Riche, épouse de Pierre Pagès, du bourg de Carcassonne]

De même, le même jour³, Riche, épouse de Pierre Pagès, du Bourg de Carcassonne, requise comme au-dessus, témoin ayant juré, a dit que : Elle ne vit jamais d'hérétique, ni de vaudois, ni leur donna quelque chose, ni envoya, ni entendit leur prédication.

[Bernard Teisseire, le vieux, de Taurize]

En l'an du Seigneur 1250, le 3 des ides de novembre⁴. Bernard Teisseire, le vieux, de Taurize, témoin ayant juré, dit qu'il n'a jamais vu d'hérétique, ni adora, ni donna, ni conduit, ni reçu, ni entendit leur prédication, ni se lia d'amitié, ni fréquenta les hérétiques, excepté ce qu'il a avoué. Sur les vaudois, il dit qu'il ne sait rien. Il a déposé cela devant le seigneur évêque de Carcassonne. Témoins : Maître Pierre, official, maître Raymond David, Pierre Aribert et plusieurs autres.

[Raymond Vital de Rieux en Val]

En l'an du Seigneur mille deux cent cinquante, le neuf des calendes de mars⁵. Raymond Vital ou Cordonnier, de Rieux en Val de Dagne, requis comme au-dessus, témoin ayant juré, dit qu'il vit Bernard Gausbert, maintenant converti de l'hérésie, Arnaud du Canet, Pierre Caunes, hérétiques, dans la maison de Guillaume Fine à Rieux-en-Val. Il vit là avec lesdits hérétiques : Guillaume Fine, maître de la maison, Brune, l'épouse dudit Guillaume Fine, et Arnaude, épouse de Durant Gilles. Mais il n'adora pas ni ne vit adorer autant qu'il s'en rappelle. Sur l'époque, six ans environs⁶.

¹ 8 avril 1250.

² Ibid.

³ Ibid.

⁴ 11 novembre 1250.

⁵ 24 mars 1250.

⁶ Vers 1244.

Item, in crastinium adjecit quod adoravit ibi dictos hereticos, flexis genibus ; set non recolit si vidit alios adorantes vel dicentes : Benedicite.

Alibi non vidit hereticos nec unquam credidit esse bonos homines licet adoraverit eos sicut dictum est; nec familiaritatem, nec participacionem habuit cum hereticis, nisi sicut dictum est ; et recognovit quod male fecit, quia, postquam abjuravit heresim apud Caunas coram aliis inquisitoribus, vidit et adoravit hereticos sicut dictum est.

Item, anno Domini M° CC° LX° septimo, pridie de nonas octobris. Dictus Raymundus Vitalis, veniens Carcassonam, citatus et requisitus ut supra, testis juratus, dixit quod, postquam confessus fuit de heresi, non vidit hereticos, nec dedit, nec misit eis aliquid, nec ab ipsis habuit aliquid nec recepit. Dicit tamen quod, cum ipse testis esset bajulus de Rivo Vallis Danie, Amcelinus de Mainevilla, frater Odoardi, superior baiulus, et qui incursus propter heresim tunc temporis recipiebat pro domino rege, dixit ipsi testi quod iret apud Crassam in domum cujusdam tinctoris, a quo reciperet quasdam caligas Bernardi Acerii, heretici, que ibi portate fuerant ad tingendum, satisfacto tinctori primitus pro tinctura ; quas caligas dictus Amcelinus dabat ipsi testi. Et postmodum ipse testis ivit apud Crassam et recuperavit dictas caligas ab illo tinctori nomine Bernardo Johannis ; et dedit ei pro tinstura VI denarios ; et eas portavit ipse testis donec fuerunt usate. Nec aliquis vel aliqua repetiit nomine hereticorum nec etiam alterius illas caligas ab ipso teste. De tempore, VII anni sunt et amplius, sicut credit.

[Alamanda Cata de Arzinco]
hec fuerunt dicta tempore gratie

Anno Domini M° CC° LI°. Alamanda Cata, uxor condam Pontii Bernardi de Arzinco, testis jurata, adjecit confessioni sue dicens quod vidit Villanerium et socium ejus hereticos in domo Guillelmi Garric, de Arzinco, apud Arzinco, et vidit ibi cum eis Bernardum Moncanerium et Guillelmi Garric.

Interrogata si adoravit ibi dictos hereticos, vel vidit alios adorantes, dixit quod non recordatur. Item, dixit quod vidit Ber. Gausberti, nunc conversum de heresi, apud Arzinco in domo ipsius testis ; et vidit ibi cum dictis hereticis Raymundum Cat, filium ipsius testis, qui infirmabatur de quadam infirmitate de qua convaluit, et Navarram, uxorem dicit Raymundi Cat, et Guillelmum Garric, qui ad preces dicti infirmi adduxit ibi dictos hereticos.

Interrogata dixit quod ipsa testis non adoravit ibi dictos hereticos, nec alii, ipsa teste vidente.

Item, interrogata dixit quod dictus infirmus non fuit tunc hereticatus, ipsa teste vidente nec sciente. De tempore, VIII anni fuerunt hoc anno inter Natale Domini et Carniprivium.

Hec deposuit Carcassone coram domino episcopo. Testes P. Ariberti, clericus, et magister Robertus, fisicus, et petrus, capellanus domini Carcassonensis episcopi, qui hec scripsit.

De même, le lendemain il ajoute qu'il adora là lesdits hérétiques, genoux fléchis, mais il ne se rappelle plus s'il vit les autres adorer ou disant "*Bénissez*".

Il ne vit pas d'hérétiques ailleurs et jamais il ne crut qu'ils étaient des bons hommes bien qu'il les ai adorés. Il ne se lia pas d'amitié, ni eut une participation avec eux, excepté ce qui a été dit. Il reconnut avoir mal agi, parce qu'il vit et adora les hérétiques après son abjuration de l'hérésie à Caunes devant les autres inquisiteurs, comme il a été dit.

De même, en l'an du Seigneur 1267, la veille des nones d'octobre¹. Ledit Raymond Vital venant à Carcassonne, cité et requis comme au-dessus, témoin ayant juré, a dit que : Après qu'il se confessa sur l'hérésie, il ne vit plus d'hérétique, ni donna, ni leur envoya quelque chose, ni eut ou reçut d'eux quelque chose. Le témoin a dit cependant que : Alors qu'il était bayle de Rieux-en-Val, Ancelin de Maineville, frère d'Odoard, bayle supérieur, à l'époque où il percevait les encours pour cause d'hérésie pour le compte du seigneur roi, dit au témoin d'aller à Lagrasse dans la maison d'un teinturier pour récupérer les chausses de Bernard Acier, hérétique, qui furent portées là pour être teintées, ayant été la première fois satisfait du teinturier pour sa teinture. Ancelin donna ces chausses au témoin. Après quoi le témoin alla à Lagrasse et récupéra ces chausses chez ce teinturier nommé Bernard Jean. Il lui donna pour la teinture six deniers. Et le témoin les porta jusqu'à ce qu'elles soient usées. Personne ne réclama ces chausses au témoin au nom des hérétiques, ni de quelqu'un d'autre. Sur l'époque, il y a sept ans et plus², à ce qu'il croit.

[Alamande Cat, d'Arzens]
Ceci fut dit pendant le temps de grâce

En l'an du Seigneur 1251. Alamande Cat, jadis épouse de Pons Bernard d'Arzens, témoin ayant juré, ajouta à sa confession disant que : Elle vit les hérétiques Villanière³ et son compagnon dans la maison de Guillaume Garric d'Arzens, à Arzens, et elle vit là avec eux Bernard Moncanier et Guillaume Garric.

Interrogée si elle adora là lesdits hérétiques, ou si elle vit les autres les adorer, elle dit qu'elle ne s'en rappelle plus.

De même, elle dit qu'elle vit Bernard Gausbert, maintenant converti de l'hérésie, à Arzens, dans la maison du témoin. Elle vit là avec lesdits hérétiques : Raymond Cat, fils du témoin, qui était malade de la maladie dont il guérit, et Navarre, épouse dudit Raymond Cat, et Guillaume Garric, qui à la demande dudit malade amena là lesdits hérétiques.

Interrogée, le témoin a dit qu'elle n'avait pas adoré là les hérétiques, ni les autres, à la vue du témoin.

Interrogée de même, elle a dit que ledit malade n'avait pas alors été hérétique, à la vue et au su du témoin. Sur l'époque, il y aura huit ans cette année entre la Nativité du Seigneur et la Circoncision⁴.

Elle a déposé cela à Carcassonne devant le seigneur évêque. Témoins : Pierre Aribert, clerc et Maître Robert, trésorier⁵ et Pierre chapelain de l'évêque de Carcassonne qui a écrit cela.

¹ 6 octobre 1267.

² Vers 1260.

³ Commune de l'Aude.

⁴ Entre le 25 décembre 1243 et le 1^{er} janvier 1244.

⁵ Traduction probable de fiscus

Anno Domini MCCLV, XI kal. Septembris. Dicta Alamanda, testis jurata, citata comparuit et adjecit confessioni sue dicens quod apud Arzencum, in domo Raimondi Ariberti, militis, vidit Petrum Pollani et Bernardum Gausberti, socium eus, hereticos presentibus Navarra, uxore raimondi Cat quondam Guirauda uxore Guillelmi Cat, et ipsa teste, que omnes intraverunt in soculum domus per quandam trapam ad hereticos ante dictos; et erat ibi Alamanda, uxor Raimondi Ariberti ante dicti; et ibi omnes et ipsa testis adoraverunt dictos hereticos, ut supra. De tempore, XII vel XIII anni, vel circa. Requisita quare celavit predicta in aliis confessionibus respondit quod credebat dixisse in confessione fratris ferrarii. Hec deposuit apud carcassonam, coram magistro Radulpho et P. Ariberti, inquisitore.

[Navarra, uxor Rdi Cat de Arzenco]
Hec fuerunt dicta tempore gratie

Anno et die quo supra. Navarra, uxor condam Raymundi Cat, militis, de Arzincum Carcassonensis diocesis, testis jurata, dixit quod vidit Ber. Gausberti, nunc conversum de heresi, apud Arzincum in domo ipsius testis ; et vidit ibi cum dictis hereticis Raymundum Cat, maritum ipsius testis, qui infirmabatur infirmitate de qua convaluit, Alamandam Cata ; set non adoravit nec vidit adorari. Interrogata dixit quod dictus infirmus non fuit hereticus ipsa teste sciente vel vidente. Adjecit etiam quod Guillelmus Garric adduxit ibi dictos hereticos usque ad hostium domus ad preces dicti infirmi. De tempore, VIII anni fuerunt inter Natale Domini et Carniprivium. Hec deposuit loco et die predictis, Testes predicti.

[G. Ar. Bornhi,]

Anno quo supra, III idus aprilis. G. Ar. Bornhi, scriptor, testis juratus, dixit se nichil scire super facto heresis. Dixit tamen requisitus quod, quia impetravit et optinuit cum domino episcopo bone memorie nunc defuncto et inquisitoribus, quod Ar. Cat, de Monte Olivo, amitteret cruces, seu fieret sibi gracia de eisdem, habuit idem testis XX solidos ab eodem Ar. ; de quibus Bernardus Deodati, de Monte Olivo, persolvit sibi partem. Et propter hoc idem testis obligavit se et sua ad parendum mandatis omnibus et singulis domini episcopi et inquisitorum, et ad observandum et tenendum quicquid propter hoc sibi duxerint injungendum. Testis magister R. Gras.

En l'an du seigneur 1255, le 11 des calendes de septembre¹, ladite Alamande, témoin juré, citée, comparut et a ajouté à sa confession, disant que : À Arzens, dans la maison de Raymond Aribert, chevalier, elle vit Pierre Poulain et Bernard Gausbert, son compagnon, hérétiques, en présence de Navarre, épouse jadis de Raymond Cat, Guirauda, épouse de Guillaume Cat et le témoin. Tous entrèrent dans le solier de la maison par une trappe auprès des hérétiques susnommés. Il y avait Alamande, épouse du susdit Raymond Aribert. Là tous ainsi que le témoin adorèrent lesdits hérétiques, comme au-dessus. Sur l'époque, dix ou quatorze ans environ². Requête de dire pourquoi elle cacha le fait susdit dans ses autres confessions, elle répondit qu'elle croyait l'avoir dit en confession à frère Ferrer. Elle a déposé cela à Carcassonne devant Maître Radulphe et Pierre Aribert, inquisiteur.

[Navarre, épouse de Raymond Cat, d'Arzens]
Ceci fut déposé dans le temps de grâce.

Le même jour³, Navarre, épouse jadis de Raymond Cat, chevalier, d'Arzens du diocèse de Carcassonne, témoin ayant juré, a dit que : Elle vit Bernard Gausbert, maintenant converti de l'hérésie, à Arzens, dans la maison du témoin. Elle vit là avec lesdits hérétiques : Raymond Cat, le mari du témoin, qui était malade de la maladie dont il guérit, et Alamande Cat. Mais elle n'adora pas ni ne vit les adorer. Interrogée elle dit que ledit malade ne fut pas hérétique, au vu et au su du témoin. Elle ajouta que Guillaume Garric amena les hérétiques jusqu'à la maison du malade, à la demande dudit malade. Sur l'époque, huit ans entre la Nativité du Seigneur et la Circoncision⁴. Elle déposa cela aux mêmes lieu et jour. Mêmes témoins.

[Guillaume Arnaud Borgne]

La même année, le trois des ides d'avril⁵, Guillaume Arnaud Borgne, écrivain, témoin ayant juré, a dit qu'il ne savait rien en matière d'hérésie. Il a dit cependant que : Parce qu'il réclama et obtint du seigneur évêque de bonne mémoire, maintenant décédé, et des inquisiteurs, que Arnaud Cat, de Montolieu, délaisse les croix ou de lui en faire grâce, le témoin eut vingt sous de la part de cet Arnaud. Bernard Déodat, de Montolieu perçut sa part sur ces vingt sous. A cause de cela le témoin s'obligea ainsi que les siens à obéir en tous points aux ordres du seigneur évêque et des inquisiteurs, et à devoir observer à la lettre tout ce qu'ils penseront qu'il faut lui ordonner à cause de cela. Témoin, maître Raymond Gras.

¹ Le 21 septembre 1255

² C'est-à-dire vers 1241 ou 1245.

³ C'est-à-dire, le 21 septembre 1255.

⁴ Entre le 25 décembre 1243 et le 1^{er} janvier 1244.

⁵ 11 avril 1251.